

ximi apud omnes ponderis esse debeat, recteque ab eo sit obseruatum, ipsam, qua hodie vtuntur iudicia Holsatica, Ordinationem Prouincialem constare ex iuris communis et Saxonici principiis. Vid. Illius Praefationem ad Consilia Ki- liens. pag. 25. et Introduct. ad Praxin Forens. §. 21. Potius Iustrabo paululum, quae huc faciunt, veterum et recen- tiorum constitutionum monumenta, quibus Saxonicum ius in Ducatum Holsaticum iam olim inuectum amplif- sime confirmatum est. Iam inter Regem Christier- num II. et Ducem Fridericum I. anno MDXXII. inita transactione de iure Saxonico in Ducatu Holsatiae ser- uando conuenit his verbis: *ÿdt schall ock im Hertochdom tho Holsten na eren olden Gewonheit unde Statuten, ock na dem Sachsenspiegel gericht und geordelet werden, und in dem Hertochdom Schleswig na dem Jütischen Koninck Woldemarus Lobeck und Rechten gespracken werden, na vermöge der Priuilegien.* Vid. Verdrag und Einigung twischen Köninck Christiern und Herzog Frederich dem Ersten im Kloster Bordesholm am Middewecken Laurentii 1522. Deinde in prima omnium, quae promulgatae sunt, Ordinatione Prouinciali, nempe ea, quae anno 1570 prodiit, P. II. Tit. III. prouisum legitur, vt deficiente consuetudine seu lege non scripta ex iure Saxonico petenda sit caussae decisio, specie vero iure Saxonico non comprehensa, ad ius commune de- mum confugere iudices oporteat. Porro in Comitiiis Pro- uincialibus anno MDCX. Flensburgi celebratis vsus iuris Saxonici in Holsatia denuo confirmatus est, sed iuris Saxo- nici veteris et communis, quod vocant, Constitutioni- bus Saxoniae Electoralibus reprobatis repudiatisque. E- quidem quum Imperantes Ordinationem Iudicialem anno MDCXXXVI. repetitam promulgarent, consilium so- inituros receperunt, qua ratione iuris Saxonici, quod in re- rum obtinere posset deberetque monumentis, codex com-  
po-